



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 2. Quænam sunt causæ scrupulorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

bet dirigi per prudentiam intellectûs.

Resp. III. Quòd si pro utraque parte æqualis stet probabilitas, vel nullum grave motivum occurrat, tenetur sequi partem tutiorem, hoc est, quam sequendo nullum est periculum agendi contra ullam legem, juxta regulam juris: *In dubio tutior pars eligenda est*: alioqui se exponit periculo peccandi. Licet tamen sequi partem minus tutam, modò sit longè probabilior alterâ, ut infra dicam.

CAPUT III.

De Conscientia scrupulosa.

Q. 1. Quid est scrupulus?

Resp. **E**st opinio formidolosa peccati ubi non est peccatum, ex inani frivoloque motivo concepta, & animum plerumque angens: sive est actus, quo intellectus ob motivum parvi aut nullius momenti judicat cum anxietate aliquid hic & nunc esse præceptum vel prohibitum. Laxa è contra est actus, quo intellectus ob motivum leve seu insufficiens judicat aliquid hic & nunc licitum esse, vel etiam bonum.

Q. 2. Quanam sunt causa scrupulorum?

Resp. Hæ nimirum: melancholia, indoles

les timida, iudicii imbecillitas, cerebri debilitas ex morbo vel ex immoderatis jejuniis ac vigiliis contracta, ignorantia, superbia, mentis inconstantia vel pertinacia, pusillanimitas & dejectio animi, ob quam quis nescit timores vanos contemnere, conversatio cum scrupulosis, suggestio dæmonis, ut bonum spirituale hominis impediatur, & à perfectione vel salute tanquam nimis ardua imo & impossibili deterreat, vel ut hominem ineptum reddat ad opera Deo gloriosa & proximo utilia, &c.

Q. 3. Quanam sunt remedia contra scrupulos?

Resp. Hæc à doctoribus passim præscribuntur.

1. Frequens oratio, & alia pietatis opera, præsertim actus humilitatis, fiducia & amoris in Deum, &c.

2. Sollicitudo cavendi peccata manifesta tum mortalia, tum venialia.

3. Proborum ac sapientum vitam ac consuetudinem intueri, ut monet S. Antonin.

4. Sequi in omnibus directionem sui superioris, vel confessarii seu directoris probi ac prudentis, depositâ opinione propriâ inani: quod non solum tuto potest, sed etiam debet scrupulosus, ob gravia damna, & pericula peccandi formaliter, quæ ei impen-